

tamen pro Quinqueecclensi Episcopo ad Strigoniens. Metropolitam transferendo, nobis per literas suas humiliter supplicavit.] [2 Ita quod Varm. Vosperin. & Velan. Episcopi pro translatione Colocensis Archiepiscopi salvo iure suo impostorum, cui propter afflictionem, & necessitatem Strigon. Ecclesie supersedeant, ad presentem vos humiliter rogaverunt, predicto Nitriensis scribente, quod si non placaret vobis electionem factam de Quinqueecclensi Episcopo admittere, postulationem alterius sine praesudicio juris supplicare exorabant.]

[3 Cum predicti Regis, & Suffraganeorum literis dil. fil. A. Magistrum scholarum, M. Thesaurarium, & A. Archidiacorum, & F. & N. Canonicos Strigoniens. Ecclesie ad sed. Ap. destinarent, super postulatione suae dispensationis gratiam petiuntur.]

[4 Cum ergo viri usque partis nuncii ad sed. Apost. pervenissent, hi qui pro Quinqueecclensi Episcopo venerant, propriebante partem suam iuxta mandatum Apostolicum processisse, nec obstat discordiam, vel contradictionem eorum, qui iuxta formam mandati nostri procedere contemnentes, illo recepto, nec elegerant quemquam canonice, nec concorditer postularant. Unde concors debeat eorum postulatio reputari, cum ceteri, tanquam iustitiae Apostolice contemptores, eligendi, ac postulandi se iure privassent, cum nec postulare, nec eligere voluerint, immo nec etiam ad Capitulum venire. Ad hec autem poterat responderi, quod illi, qui Colocens. Archiepiscopum postularant, formam sequit fuerant per nostras literas datam, quoniam innitentes priori postulationi, iuxta regulam priorum literarum nostrarum partem concordem ficerant, quae prius discors fuerat, dum Suffraganeos ad concordiam revocarunt.]

[5 Poterat quoque addi, quod pars altera mandatum Apostolicum non servarat, ut pote quae nec postulationem concordem, nec electionem canonicae celebrarat, cum in majori contradictione quam prius non solum Canonorum, sed Suffraganeorum etiam, ipso Rege adverse parti aveniente, predictum Quinqueecclensem Episcopum postulasset. Auditio igitur his & aliis, quae fuerunt hinc inde proposita, & habito super his cum fratribus nostris diligenter tractatu.]

CAP. V.

Postulatio, contra quam agitur de contempto, potest sine prejudicio aliquius rejici: potest tamen de speciali gratia admitti, hoc dicit.

Idem Innoc. III. Capitulo Strigoniensi. (an. 1211. Roma in Hungariam.)

Postulationem a, quam celebrait: [& infra.] Licet ergo per postulationem hujusmodi nullum jus sit alicui acquisitum, ideo sine præjudicio aliquius postulationem potuisse repellere memorat: ut tamen vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus providendum, quod per procuratores idoneos, ad omnia sufficienter instructos, nostris conspectui præsentetis, quatenus utraque parte præsente, quod justum fuerit, decernamus.

CAP. VI.

Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus. Honorius III. Cap. Calaritano. b (an. 1220. Roma in Sardiniam.)

Etsi unanimiter vota vestra concurrerint ad Sutien. Episcopum in Ecclesie vestra Archiepiscopum eligendum, cum sua alligatus Ecclesia liberum & non habeat sine nostra permissione volatum, electionem de ipso factam, tanquam contra canones & minus licite attentata, de fratribus nostrorum consilio duximus irritandam, cum eligi nullo jure potuerit, sed potius postulari.]

[1 Volentes tamen, quantum cum Deo possumus, vestris desideriis concurrere benigno favore, dil. fil. Subdiacono, & Capellano R.

a C. 3. eod. tit. in 3. comp. b al. Caritanensis in aliis, Inn. III. c In antiquis liberum non habeat ad aliam, sine, &c. d Contravenire canoni est peccatum in e. 2. & c. illud. De maior. & obed.

nostris Apost. sed. Legatis duximus injungendum, ut & vota vestra circa ipsum exquirant, & persona merita vice nostra examinent diligenter, eundem ad nos cum literis rei veritatem continentibus, destinando, ut si idoneus repertus fuerit, disponente Domino & ipsis in Ecclesia, & in ipso Ecclesia vestre utiliter provideatur.]

TITULUS VI.
DE ELECTIONE, ET ELECTI POTESTATE.

CAP. I.

Ecclesie collegiate non debet provideri de Prelato per collationem, seu provisoriem, sed per electionem canonicanam fiendam per ipsum Collegium. h. d. Abbas.

Lucius Papa. a (forte I. an. 256. Romæ.)

Nullus b in Ecclesia, ubi duo, vel tres fratres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica, Presbyter eligatur: [& inf. 1.] Si vero aliter quis Ecclesiam adest, eo quod per cupiditatem illam acquisierit, atque contra canonicae regulæ disciplinam egerit, expellatur.

[1 Et eidem convocatis etiam Parochianis, atque in unum consentientibus.]

CAP. II.

Electus ad clamorem populi non debet per superiorum confirmari.

Ex Concilio Sardicens. c (an. 347. in Dacia.)

Osius d' Episcopus dixit: Si quis ita temerarius extiterit, ut talem excusationem afferens, asseveret, quod literas populi accepit, cum manifestum sit potuisse plures eorum,

qui sinceram fidem non habent, præmio & mercede corrumphi, ut clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderent: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem [nisi de hoc penituerit] talis accipiat. Si vero omnibus placet, statuite. Synodus respondit, Placet.

CAP. III.

Electio canonica confirmanda est, debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conversatione, & vita electi, ubi sicut conversatus.

Greg. III. e (imo I. an. 600. Roma in Campaniam.)

Postquam: [& infra.] Confirmationem f' potentium desideria, si nihil est, quod electum impedit, impleantur. Cujus vita vel actus, quia melius possunt, ubi est conservatus, cognosci, inquirantur ibidem.

CAP. IV.

Electo in Archiepiscopum sedes Apostolica pallium non tradet, nisi prius præstet fidelitatem, & obedientie juramentum.

Paschalis I. (forte II.) Pannormitano g Archiepiscopo. (an. 1102.)

Significasti Reges b, & regni majores admiratione permotis, quod pallium tibi ab Apocrisiariis i nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod a nobis scriptum detulerant, exhiberes: [& inf. 1.] Mirentur in hac causa Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum oviis surarum curam Petro committeret, conditionem posuit, dicens k: Si diligis me, pasc me oves meas. Si conscientiarum factor, & cognitor secretorum, conditione hac usus est, nec semel tantum, sed & secundo, & usque ad contristationem: qua nos solicitudine oportet tantam Ecclesie prælationem imponere fratribus, quorum conscientias non videmus? Ajunt omne iurandum a Domino esse prohibitum

a Codices hic variant: nam quidam Pius, alii Alexander. b Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. c Conc. Sardic. Can. 2. Burc. l. r. Decret. cap. 19. Ivo p. 5. cap. 73. d Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. e al. Gregor. IX. & male Gregorius lib. 8. epist. 18. Registr. f Cap. 11. eod. tit. in 1. compil. g Papa Toletano. al. Palam. Archiep. al. Polemensi Arch. h Cap. 21. eod. tit. in 1. compil. i Apocrisiarius dicitur responsalis ab. metropolitano, respondeo. Justin. N ov. 23. & Joan. 21.

bitum a, nec ab Apostolis post Dominum, nec in Conciliis inveniri posse statutum. Quid est ergo, quod Dominus subsequetur ait b: Quod amplius est, a malo est? hoc enim amplius ut exigamus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum est ab Ecclesiæ unitate, & a sedis Apostolica obedientia refire, & contra Canonum statuta prorumpere? quod multi etiam post sacramentum præsumperunt: [& infra. 2.] Hoc nimur malo, ac necessitate compellimur juramentum pro fide, & pro obedientia, pro unitate requirere. Ajunt in Conciliis statutum non inveniri, quasi Romanæ Ecclesie legem Concilia ulla præfixerint, in omnia Concilia per Romanæ Ecclesie auctoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani & Pontificis patenter excipiatur auctoritas: [& inf. 3.] Cum igitur a sede Apostolica vestræ insignia dignitatis exigitis, quia a beati Petri tantum corpore assumuntur: iustum est, ut vos quoque sedi Apost. subjectionis debitæ signa solvatis, que vos cum beato Petro tanquam membra de membro habere, & catholici capituli unitatem servare declarant.

[1 In pallio conceditur plenitudo Pontificalis officii, quia iusta sedis Apostolica, & totius Europe consuetudinem, ante acceptum pallium Metropolitanis minime licet aut consecrare Episcopos, aut Synodus celebrare.]

[2 Nonne prædecessor tuus preter Rom. Pontif. conscientiam dmandavit Episcopum? quibus hoc Canonibus, quibus hoc Conciliis legitur esse permisum? Quod super Episcoporum translationibus loquuntur decreta, que apud vos non auctoritate Apostolica, sed mutu Regio præsumuntur, propter hec mala & alia devitanda bujusmodi juramentum exiguntur. Cur autem Dominus juramentum prohibuit, Apostolus Jacobus manifestat, adjiciens, ut non sub iudicium incidatis, nec quisquam, sicut beatus Augustinus exposuit, confusus iudicis iurandi ad perjurii consuetudinem dabatur. Quapropter iuratione non utatur, nisi necessitate, cum videt pigros homines esse ad credendum, quod eis utile est credere, nisi iuratione firmetur.]

[3 Et ita possunt Apostolicam sed. contempnere, possunt apud nos calcaneum elevare, & datum a Deo privilegium revertere, vel eusserit non possunt, quo Petro dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni caelorum: quibus tandem Conciliorum decretis dandi pallium modus prescriptus est, & professionis, vel obedientie ordo sanctus?]

CAP. V.

Si Schismaticus ad unionem Ecclesie reversus, eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

Alexander III. Pet. Presbytero Cardin. Apostolicae sedis e Legato. (an. 1179. in Istriam.)

Quis diligenter tua requisivit, an electionem electi, qui abjurato schismate f' ad unitatem Ecclesie rediit, debeas confirmare: duximus respondentum, quod si a Schismatico nullum ordinem suscepit, & ejus electio secundum formam Canonum fuerit celebrata, eum (dummodo alia non impediant) dispensative permittimus confirmari. Mandantes, ut eum facias a Catholicis Episcopis Suffraganeis Aquileiensis Ecclesie in Episcopum ordinari. Salva debita iustitia, & reverentia ejusdem Ecclesie, cum ad catholicam redierit unitatem

CAP. VI.

Electus in Romanum Pontificem a duabus partibus Cardinum, nulla exceptione obstante, est Papa. Electus autem a mi-

a Matth. 5. Hic fuit error Valdensium. Eymericus in Diclorio, part. 2. q. 14. & 17. b Concor. tex. in authen. ut jud. sine quo suff. §. consideravimus. in el. illicito. c Vide B. Thom. 2. 2. qu. 89. art. 1. & Sot. lib. 8. de just. & iur. q. 1. art. 2. ubi licitum esse iurare verum ostenditur. d antiqui, Roman. Ecclesie. e In Conc. Lat. tit. de elect. & electi pot. c. 2. Vid. Chronic. Slavor. f Addit. Schismaticum de jure civili debere suspendi. tex. est, & ibi Bald. c. 1. responsio de pace iur. fr. col. 10. & rediens ad Ecclesiam abjurat, Turrecrem. de Eccl. l. 4. p. 1. cap. 15.

nori numero gerens se pro Papa, incidit una cum sibi adhaerentes bus in paenam hic contentas.

Idem ex Concilio Lateranensi. a

L icet de vitanda discordia in electione Romani Pontificis, manifesta satis a præ. nos. constituta manaverint: quia tamen saepe post illa per improbab. ambitionis audaciam gravem passa est Ecclesia scissuram, nos etiam ad malum hoc evitandum de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione Concilii aliquid decrevimus adjungendum. §. 1. Statuimus ergo, ut si forte (inimico homine superfluvante zizani) inter Cardinales de substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumperit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, quia duabus partibus concordantibus electus fuerit, & receptus. §. 2. Si quis autem de tertia partis nominatione confusus (quia de ratione esse non potest) sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quam hi, qui cum receptoribus, excommunicationi subjaceant, & totius sacri ordinis privatione multe tentur, ita ut viatici etiam eis (nisi tantum in ultimis) communio denegetur: & si non resipuerint, cum Dathan, & Abiron (quos terra vivos absorbut) accipiant portionem. §. 3. Præterea si a paucioribus, quam a duabus partibus, aliquis electus fuerit ad Apostolatus officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædicta poena subjecat, si humiliiter noluerit abstinerere. Ex hoc tamen nullum Canonis constitutionibus, & aliis Ecclesiæ præjudicium generetur, in quibus debet majoris, & senioris partis sententia prævalere: quia quod in eis in dubio venerit c, superioris poterit iudicio definiri. In Romana vero Ecclesia speciale aliud constituitur: quia non poterit ad superiorum recursus haberi.

CAP. VII.

Electio ad Episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus, & erato, & quod habeat tricessimum annum completum, & fit de legitimo matrimonio natus. h. d. usque ad §. Cum vero.

Idem ex Concilio Lateranensi. d

C um in e cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis minoriter sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda; multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei f' oporteat conversari. Eapropter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteriori in exemplum: præsenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam tricessimum annum attingat exigerit g, & de legitimo matrimonio fit natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstretur.

Beneficia electi in Episcopum vacant per confirmationem, adepitionem professionis, & consecrationem fecutam, vel postquam præsumptum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit, h. d. usque ad §. inferiora. Abbas Siculus.

§. 1. Cum vero electus fuerit, & confirmationem electionis accepit, & Ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit: decursu tempore de consecrandis Episcopis a Canonibus definito, is, ad quem spectant beneficia, quæ habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.

In dignitatibus, & officiis citra Episcopatum, ac curatis be- neficiis.

C. 2

a Quod celebratum est Romæ, ann. Dom. 1178. sub. Alex. Pp. III. assentibus 274. Episc. mense Martio. Aliad postea celebratum est Lateranense ann. Dom. 1215. sub Innoc. III. mense Novembri Pontificatus eius an. 18. assentibus 412. Episcopis, pri- matibus, & Archiepisc. 72. reperitur tit. de elect. Sum. Pont. c. 1. b Cap. 15. cod. tit. in 1. compil. c Intervenerit. d Cap. 3. Conc. Lateranensi. e C. 16. eod. tit. in 1. Compil. f Domini. g Alius egreditur, vide Burch. l. 2. Decret. c. 9.

neficiis, debet assumendum vigesimum quintum annum attigisse, & alias esse idoneus scientia & moribus: & si non est in ordine requisito, debet se facere promoveri in proximis temporibus: alias monitus non parens, privatur beneficio, non obstante appellatione: nisi ex causa legitima excusetur, h. d. usque ad §. Clerici Abb. Siculus.

§. 2. Inferiora etiam ministeria, ut puta Decanatum, Archidiaconatum, & alia, quae curam animarum habent annam, nullus omnino suscipiat, sed nec parcellalis Ecclesie regimen, nisi qui jam vigesimum quintum & annum aetatis attigerit, & scientia & moribus commendandus existat. Cum autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti, non fuerint praefixi a Canonicis tempore in Presbyteros ordinati, & ab isto remaneantur officio, & alias conferatur, qui & velint, & possint illud convenienter implere. Nec pro sit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri. Hoc sane non solum de promovendis, sed etiam de his, qui jam promoti sunt, si Canones non obstante c, pricipimus observari.

Eligentes indignum contra formam hujus c. privati sunt pro prima vice potestate eligendi: & idem in collatore: & defectum Capituli super Episcopos, & e converso: & si Capitulum negligit, fit devolutio ad Metropolitanum. h. d. usque ad finem.

§. 3. Clerici sane, si contra formam istam quenquam elegerint, & eligendi tunc potestate privatos, & ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos. Dignum est enim, ut quos Deitimer a malo non revocat, Ecclesiasticae saltem coercent severitas disciplinae d. Episcopus autem si contra haec fecerit, aut consenserit fieri, in conferendis predictis officiis, & beneficiis potestatem amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum (si Capitulum concordare nequerit) ordinetur. C A P. VIII.

Compromittentes super electione tenentur recipere electum a compromissario, si est idoneus.

Idem Ravennati Archiep. (an. 1179. Roma in Flaminium.)

Causam, quae inter moniales sancte Margaretae, [& infra:] Si sorores in Episcopum electionem contulerint, promittentes, quod illam, quam g eis providerit, recipient, ipsam quam providerit, facias ab eis (si tamen existat h idonea) in suam recipi Abbatissam.

[i Super discordia, & dissensione electionis, quam fecerunt, dignoscitur agitari, experientia tua jam pridem commisimus terminandum. Unde quoniam causa ipsa in tantum protractabitur, & nondum, sicut accepimus, processisti, & periculoso, & damnum est monasterio, eo quod causa ipsa in tantum protractabitur. F. t. p. a. f. m. q. infra dies XL. vel duos menses, aut plus secundum tenorem aliarum nostrarum literarum in eadem causa procedas, ita videbitur, quod.] C A P. IX.

Electus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

Idem Vigorensi Episcopo. (an. 1179. Roma in Angl.)

N Olti k, quomodo Linconen. electus concedendi honores, vel praebendas, aut alias disponendi de rebus Ecclesiis (cum sua non sit electio confirmata) non habeat facultatem.

a Vide Concil. Cartb. c. 16. & Burch. lib. 2. Dec. c. 10. 11. & 22. b Vid. l. i. §. que sum, cum ibi nos. ff. de appell. & gloss. in c. non solum. de appell. lib. 6. c Concord. text. in l. privileg. C. de sacrosanct. Eccl. & cap. 1. de constitut. d Concord. text. in l. capitulum. §. famosos, ff. de pœn. l. bona fides. ff. de pœn. e Ordinatur, in Concilio, unde sumitur. f Post Concil. Lateran. sub Alex. III. par. 40. c. 1. & c. 17. eod. tit. in 1. compil. Vid. Marth. Paris. 296. b Haec duo verba, ad nos, defuncti in antiquis. c al. nondum. d Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. e Alias, Alexand. III. f Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. Vid. Sigebert. an. 1174. g Glossa in l. un. in verbo, contra hanc. ff. de leg. Jul. de amb. gloss. & Bart. in l. Barbarius. de off. præt. h Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.

tatem: [& infra. 1] Mandamus igitur, quatenus ei auctoritate nostra præcipias, ut concessionem, si quam fecit de predictis, studeat revocare.

[i Inde est quod F. r. per a. s. præd. ut predicto electo ex parte nostra non differas artius inhibere, ne Archidiaconatum de Norhenter, vel Præbendam, quam VV. ejusdem loci Archidiaconus tenuit, alicui conferre presumat, & si eundem Archidiaconatum, vel Præbendam cuiquam, quod non arbitramur, concederit.] C A P. X.

Electio facta post appellationem, & prima non cassata, & contra privilegia Ecclesie, cassanda est.

Idem Alex. III. (an. 1174. in Angl.)

Consideravimus a, quod electio Joannis Frontini, post appellationem ad nos b interpositam, & contra tenorem privilegiorum Ecclesie vestre fuerit celebrata. Perpendimus etiam, quod electio B. post illam qualemcum electionem non c cassatam, necnon & post appell. (per quam ad suum statum omnia debent reduci) facta fuit: [& infra. 1] Quapropter utriusque electionem omnia cassamus, & vobis in aliam personam idoneam, & honestam convenienti liberam tribuimus facultatem: ita quod utrique predictorum fama sua non minus integre conservetur, & quod in aliis Ecclesiis possint (si Deus gratiam dederit) promoveri. Vobis autem licet preter istam Ecclesie vestre ordinationem, in eorum alterum convenire.

[i Et illata violentia: quoniam Rex penitus inficitur, violentiam aliquam in hoc de assensu, vel conscientia sua nunquam perpetrata fuisse.] C A P. XI.

Metropolitanus confirmatus, licet nondum recuperit pallium, potest suum Suffraganeum consecrari facere.

Idem (an. 1175. Rom. in Germ.)

Suffraganeis alicius d Metropolitanus, ad mandatum ipsius, post confirmationem electionem suæ, etiamsi pallium non receptor, licitum est Electum, qui ad ejus jurisdictionem pertinet, consecrare.

C A P. XII.

Is, cuius electio fuit cassata, non vitio personæ, sed electionis modo, iterum eligi potest: secus, si vitio personæ.

Clemens III. e (an. 1181. Rom. in Angl.)

Super eo vero f, quod querere voluisti, si alicius electio ne cassata, idem ad alterius Ecclesie regimen electus fuerit, an ejus electio debeat confirmari: hoc tuam volumus discretionem tenere, quod si prior electio non vitio personæ, sed modo electionis cassatur, promotionem ejus fieri in eadem etiam Ecclesia, (nisi forte simoniacæ pravitatis g aliquid intercessisse constiterit) non debeat impediire.

C A P. XIII.

Non professus potest postulari in Abbatem, si ex aliqua bona causa fiat talis postulatio. h. d. secundum lecturam, quae est magis singularis.

Celestinus III. Cenomanensi Episcopo. (an. 1182. Roma in Galliam.)

Cum monasterium b de Pellicea in tuo situm Episcopatu, ad eam dissolutionem devenerit (sicut tuarum literarum insinuat patefecit) quod fratres ejusdem domus observantiam religionis, & ordinem abjecerunt: [& infra. 1] In quendam, qui cum fratribus suis in eremo est laudabiliter conversatus, boni testimonii virum unanimiter consenserunt, eum in Abbatem totis desideriis postulantes. Tu vero postulationi eorum præbuiisti assensum, & postulasti eandem ordinationem

a Cap. 22. eod. tit. in 1. compil. Vid. Marth. Paris. 296. b Haec duo verba, ad nos, defuncti in antiquis. c al. nondum. d Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. e Alias, Alexand. III. f Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. Vid. Sigebert. an. 1174. g Glossa in l. un. in verbo, contra hanc. ff. de leg. Jul. de amb. gloss. & Bart. in l. Barbarius. de off. præt. h Cap. 5. eod. tit. in 2. compil.

nationem a fede Apostolica confirmari. Nos autem a ipsam, sicut facta est, canonice confirmamus.

[i Et bonis ejus dilapidatis atque consumptis, ad eligendum sibi Abbatem de ipsis Ecclesie gremio non potuerunt sacerdos convenire, ad tua tamē admotionis, & exhortationis instantiam in unum convenientes.] C A P. XIV.

Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria coniunctudo.

Idem Celestinus. (an. 1183. Roma Hierosolymam.)

Cum terra b, que funiculus hereditatis Domini censeatur: [& infra.] Sicut ex quarundam literarum tenore accepimus, quidam in electionibus prava consuetudinis moribus irrepit: ut cum alicius Prelati electio debet celebrari, convenitus, ad quem pertinet dignoscitur, duas personas nominet latenter auribus Patriarcha, vel Principis exprimendas, ut si alterius eligenda, vel totius electionis penitus irritandæ idem Patriarcha, vel Princeps plenariam habeat facultatem. Quia igitur hoc redundat in gravamen c, & pernicie Ecclesiastice libertatis, prescriptam consuetudinis pravitatem sancimus penitus abolendam d: statuentes, ut forma electionis canonicae in omnibus conventionalibus Ecclesiis observetur, videlicet ut cum debet Ecclesia consuli, pastoris regimine destituta, electores in unum locum (in quo fuerit electio celebranda) convenient, & invocata Spiritus Sancti gratia personam nominent. Quod si in persona fuerit, vel in electionis modo peccatum, tamdiu in electione diligentiam inquisitionis apponant, donec vacanti Ecclesia de persona idonea & valeant provide. Quo facto, non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerit, requiratur confessus: sed propter hoc ipsam electionem nolumus impediri. C A P. XV.

Per confirmationem electionis non transfertur potestas exercendi ea, que sunt ordinis. Illa enim transferuntur per consecrationem. Abbas.

Idem. f (an. 1183. in Angliam.)

Transmissam g: [& infra. 1] Quævisisti, quid faciendum sit tibi super eo, quod Clerici tuæ dioecesis, cum pro suis excessibus suspensionis, vel interdicti, vel excommunicatiois sententia percelluntur, parvipendentes eam, dimittunt Ecclesiæ, & transferunt se ad mercimonia Laicorum: nonnulli quoque ipsorum (habitu clericali postposito) vestes indunt laicales, & sicut Laici mercatores se turpibus quæstibus implicantes, consimilium sibi Laicorum manus h afficiant, & correctionem Ecclesiasticam per contemptum elidunt, dicentes, quod potestatem non habeas eos (nisi tibi specialiter Apostol. fides indulserit) corrigendi: [& infra. 2] Respondeamus igitur, quod ex quo electionis tua confirmationem accepisti, de talibus, & consumilibus (præterea, quæ majoris inquisitionis discussionem exigunt, & ministerium consecrationis desiderant) quod justum est, & Ecclesiasticae convenient utilitat, statuendi habeas liberam facultatem.

[1] Dudum sicut insinuare curasti, ad nostram pervenisse audientiam questionem, tua nunc dilectio replicavit, quid sit ebi faciendum super eo.]

[2] Nos autem volentes in hoc tibi certum dare responsum, tua devotioni respondemus, quod si quando tales reperieris, si comoniti noluerint a tam turpibus actibus revocari, & de contemptu satisfacientes plenarie ad clericale schema redire: tu eos auditum: sed Monachi per omnia contumaces, & post app. ab eodem R. seniore ad nos interpostam R. juniores pariter eligentes, ipsius benedicendum Dioc. Episcopo presentavimus: qui post app. interpositam benedixit eum, & in Ecclesia interdicta introduxit, & infra. Cum autem quæ premissa sunt, & alia quædam predictus Cardinobis, & fratribus nostris prudenter, & fideliter retulisset.]

[3] Prae-

ab omnibus evitari, donec etiam reatum suum congrue satisfactio emendent, presentim si qui eorum in sacris ordinibus sunt constituti, hoc etiam sine speciali mandato exequi posset, cum]

C A P. XVI.

Qui electioni de se facte renuntiat, appellare nequit ad impedimentam electionem alterius. Et electio, que est a suspensis celebrata, non tener.

Innocentius III. de Cella sancti Petri, & Mutinensis.

Abbatibus a (an. 1199. in German.)

I. C um b inter R. seniorem, & R. juniores super Abbatia Scaphuse, quæsio verteretur: [& infra. 1] Bonum. Celest. præd. noster prædictum R. seniorem, sententiam cum instantia postulantem ad componendum coagit invitum: & sic Abbatia renunciant, de manu ejus Custodiæ, & prioratum recepit, ab eo dum viveret, possidentes. Cui ordinatio licet consentire in virtus, domum tamē reveritus (adversariis compositionem ipsam nolentibus observare) non potuit, quæ concessa sunt, obtinere: [& infra. 2] Nos attendentes, quod ex consensu compositionis recepta jura (si quod sibi competierat) R. senior amississet, ac per hoc ne Monachi ad electionem procederent, de jure minime appellare potuisset, cum, nisi quorum interest, auditi non soleant appellantes, appellat. illam dicimus legitimam non fuisse: unde per eam electio non potuit impediri. Sane quamvis Praepositus, & Capitulum Constantiæ de interdicto, quod Cardinalis posuerat, in suis literis inferuerint: quia tamē per id, quod R. juniori diecesanus Episcopus munus benedictionis impedit, ei videtur, quod præmisimus obviare: unde vel scriptura facta, vel factum scripture præjudicat, nec probatum fuit (licet objectum) quod ab interdictis electio fuerit celebrata: ipsam non potuimus irritare. [& infra. 3] Ideoque causam ipsam vobis duximus committendam, ut si confitterit, quod electio fuerit facta a suspensis, ea omnino cassata ipsi monasterio (post satisfactionem condignam, suspensionis, & interdicti lenitentia relaxata) de persona idonea consulatur.

[1] Eis in præsentia nostra constitutis dil. fil. N. G. tr. SS. Cosma & Damiani, & G. S. Marie in Acquo Diaconos Cardinales concessimus auditores: in quorum præsentia fuit proposatum, quod cum controversia ipsa fuerit auditoribus diversis commissa, deinde ambe partes ad sedem Apostolicam accesserunt, quibus a bona memoria Ce. Pp. præd. n. nos ipsi, qui in minori eramus officio constituti, & dil. noster Joan. tr. S. Stephani Presbyter Cardinalis, dati fuimus auditores: & cum virisque coram nobis esset dictus allegatum, & eidem prædecessori nostro per nos esset processus negotiis declaratus, ipse]

[2] Quiporius in eura, quod deterritus est, manus injecerunt posita Monachis violentas, sed adjutor ab illis hominibus, & Monachorum manus evadens, ad appellationis subsidium convolavit. Interim vero dil. fil. n. p. S. Marie in via lata Diac. Card. Apostol. sed Legatus, ad partes illas accedens, pro jam dictis & multis aliis excessibus & suspendit Monachos, & Monasterium interdixit. Ipsi vero contempta sententia Cardinalis, divina promptius, quam ante celebrarum, & in hac suspensione prædictus adversarius ejus de medio est sublatus. Quo comperto ad Ecclesiæ venit: & cum veller predictæ compositioni parere, parte altera hoc nolente, ne ad electionem procederetur Abbatis, quoque inter eos questione finitur, obstaculum objicit appellationis: sed Monachi per omnia contumaces, & post app. ab eodem R. seniore ad nos interpostam R. juniores pariter eligentes, ipsius benedicendum Dioc. Episcopo presentavimus: qui post app. interpositam benedixit eum, & in Ecclesia interdicta introduxit, & infra. Cum autem quæ premissa sunt, & alia quædam predictus Cardinobis, & fratribus nostris prudenter, & fideliter retulisset.]

[3] Prae-

[2] Additur, & Preposito Verden, al. Verdinen, b Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

[3] Præsternum cum contra personam electi nihil fuerit intentatum.

C A P. XVII.
Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administratur, ejus electio cassari debet.

Idem Innoc. III. Capitulo Pennens. a (Roma in Apruitum.)

Qualiter post b obitu: [& infra. 1] Verum quoniam electus a vobis ante confirmationem administrationi Episcopatus se irreverenter immisit, recipiendo tam a Clericis, quam a Laicis juramenta, non attendens, quod secundum Apostolum, nemo debet sibi honorem c assumere, sed, qui vocatur a Deo, tanquam Aaron: præcipue quia nec donum scientiae Pontifici conveniens fuerat electus. Postquam nobis præsentatis eundem, sufficienti examinatione præmissa electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum est, denunciante non tenere.

[1] Bon. mem. Pennensis. Episcopi Ecclesia vestra vacante, receptis prius super electione facienda literis nostris, Primicerium vestrum vobis elegitis in pastorem; vos tanquam autores electionis ipsius plenius cognovistis.]

C A P. XVIII.

Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta eis non expectatis. h. d. secundum lecturam communem.

Idem Capitulo d Capuano. (an. 1199.)

II. Cum inter e universas metropol. [& infra. 1] Intellecimus autem per Jo. & F. Canonicos vestros, & per literas, quas ad sedem Apostolicam detulerunt, quod ad Decanum, & alios Canonicos vestros Panormi manentes (cum ex eorum parte fuisset vobis per literas intimatum, ut sic tractaret super electione substituendi pastorem, quod nullum deberet in eorum absentia nominare) quendam socium vestrum cum literis destinatis, duodecim dierum terminum assignantes, intra quem post receptionem literarum vestrarum iter ariperent redeundi. Quamvis Ecclesiastica consuetudo non exigat, ut ad electionem pastoris Canonici tam remoti vocentur, & illi præcipue, qui longe antequam vos, Metropolitanus vestri obitum præsentialiter cognoverunt, quorum aliqui post ejus decessum ad Capuanam Ecclesiam sunt reversi. Quia tamen mora longior est in electionibus valde suspecta, imo saepe damno f: mandamus, quatenus invocata Spiritus Sancti gratia, personam idoneam per electionem canonicam concorditer assutum ad regimen Capuana Ecclesie, consequenter ad audienciam nostram nuncios idoneos transmissuri, per quos a nobis vice Regia postuletis assensum, & Apostolicae confirmationis gratiam requiratis.

[1] Metropolis Capuanensis sit Apostolice sedi vicinior, ad provisionem ipsius specialius aspiramus, talem ipsi personam preficere cupientes, que fecit alios Metropolitanos loci vicinitate, scilicet & devotionis affectu præcellat, per quam, & ipsa metropolis tam in temporalibus, quam in spiritualibus optatum suscipiat incrementum.

C A P. XIX.

Non debet inspici, an post appellationem, sed an contra fuerit electio celebrata. Et penes vocantes, quibus competit votandi potestas, remanet jus eligendi, si votati venire contemnunt. Et ad officium confirmatoris spectat examinare electum, atiam nemine opponente. Et nisi electus doceatur legitime etatis, & literaturae, habetur pro non legitime electo.

a Pention. Vid. Epis. Innoc. p. 497. Taxat. Benef. Thean. Archibisp. Suffrag. 552. b Cap. 2. eodem titul. in 3. compil.

c Adde, quod ambiciose petens dignitatem secularem, vel Ecclesiasticam, punitur in 100. aureis, & est infamis. lib. 1. ff. ad leg. Jul. de ambit. & in l. 2. & ibi Bart. de inter act. d. al. Capuanen. e Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. f Vide l. fin. §. fin. Ad leg. Robod. de jac. & ip. l. quod te, ff. Si cert. pet-

Idem Archiepiscopo a, & Capitulo Capuano.

Cum nobis b olim de obitu: [& infra. 1] Cum autem eius utriusque partis assertione constaret, interpositam fuisse appell. ne fieret electio, nisi canonica, videri c poterat, quod post eam medio tempore nihil debuit innovari: unde talis electione judicanda erat irrita & inanis, utpote post appellationem canonice interpositam attentata. Sed contra, cum appellationum fuisse, non ut nulla electio fieret, sed ut fieret canonica: si factum electionis canonice fuerit subsecutum, non utique contra formam appellationis hujusmodi; sed magis secundum eam videbatur esse processum: & ideo licet post appellationem, non tamen d contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda: [& infra. 1] Item cum post appellationem emissam Archidiaconus cum suis factoribus chorum exiisset, & vos illos, ut interessent electioni facienda vobiscum, curassetis solite revocare (quoniam ad electionem faciendam accederet noluerunt) alienos se fecisse videntur: propter quod electioni a vobis juxta formam mandati Apostol. concorditer celebratae, de jure non posse contradicere videbantur: [& infra. 2] His igitur, & aliis allegatis, quoniam contra personam illius, quam elegitis, nihil dictum fuerit, vel objectum, quia tamen juxta verbum Apostoli dicentis e: Nemixi cito manum imponas: debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenter fuerant: duximus ex officio nostro, sicut decuit, procedendum: [& infra. 3] Illius quoque literatura licet non eminentis, tamen convenientis electus existit; ut pro defectu scientiae (sicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius cognoverunt) ab electione non deberet excludi. De legitimata tamen ætate scire plene non potuimus veritatem: quia cum a multis, cuius ætatis existaret, curaverimus indagare, a nemine unquam audivimus, quod annum ætatis tricessimum attigisset: [& infra. 4] Nos Ecclesiæ pariter, & personæ provide volentes, & tam rationes, quam canones observare: quia propositum vestrum providum intelleximus, & ideo propter urgentem necessitatem f, & evidenter utilitatem Ecclesiæ Capuanæ (quam in hac parte potius approbamus) volumus ipsum firmiter perdurare: præfatum Subdiacnum nostrum vobis in procuratorem concedimus, liberam administrationem ei, tam in temporalibus, quam in spiritualibus committentes.

[1] Nam cum duas partes, & amplius electione consenserint, & consentiant, licet cautum reperiatur in canone, ut tunc altera de altera Ecclesia eligatur, cum nullus in propria fuerit repertus idoneus: quia tamen hos in favorem introductum est Clericorum, & cuique licet renunciare iuri, quod pro se noscitur introductum, vos, qui duas partes eratis, & amplius, cum hoc quod duas partes Capituli faciunt, totum facere videatur, in hac parte iuri, quod pro vobis facere videbatur, renunciare potuistis, & electionem de persona alterius Ecclesiæ celebrare: præsternum cum illud decreum locum habere videatur, quando Clericis renitentibus, & invitis per alicuius violentiam potestatis extraneus ingeneritur ex adverso: propter quod sequitur in decreto, ut sit facultas Clericis renitendi, si se viderint progravari, & si quos ingeri sibi viderint ex adverso, non timeant refutare. Præterea cum sedes Apostolica omnium Ecclesiæ caput existat, & Rom. Pontifex iudas sit ordinarius singulorum, quando de ipsa quis assumitur in Praelatum alterius Ecclesiæ, ei posse objici non videtur, propter capitii privilegium, quod obiicit plenitudinem potestatis, quod de alia Ecclesia eligatur, cum a capite non debeant membra reputari aliena.

f 2 Pre-

a Archidiacoно. b Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. c al. provideri. d al. non tamen contra fuit eadem electio celebrata. e 1. Timoth. c. 5. f Vide l. 1. D. de novi op. nupt. & in l. jubemus nullam, cum leg. seq. C. de sacr. Eccel.

[2] Præsternum cum idem Archidiaconus postea requisitus responderit, quod in præsenti nostra vellere ei suum probare assensum, & ideo cum secundum statua Concilii Lateranens. app. rej. semper id debet præsulere, quod a pluribus, & senioribus fuerit ordinatum, nisi forte a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile objectum fuerit, & ostensum, a vobis celebrata electio, tanquam majori, & seniori parte, non obstante contradictione, vel appellatione paucorum, debebat & poterat rationabiliter confirmari: cum id quod objectum existit & ostensum, rationibus praetissis appareat rationabile non fuisse.]

[3] Et quia cum tria sint in persona electi precipue inquirenda, videlicet etas legitima, morum honestas, & literatura sufficiens, licet de honeste morum, tanquam ei, qui nobiscum est aliando laudabiliter conversatus, possimus ipsi laudabile testimoniunum prohibere.]

[4] Cum antea secundum predicti statuta Concilii nullus debet in Episcopum eligi, qui trigesimum etatis non attingerit annum, licet senectus venerabilis sit non diuturna, nec annorum numero computata, sed cani hominis sint sensus eius, & etas senectutis vita immaculata, quia tamen post illa tria, quæ Salomon afferit difficultissima, quarum tamen quasi reputat impossibile, Viz. videlicet viri in adolescentia sua cognosci, tanquam inveniendi non possit.]

C A P. XX.

Illegitimus potest postulari, non autem eligi: & electores nisi probaverint illum ignoranter elegisse, incident in penas Lateranensis Concilii.

Idem Innoc. III. Cantuariens. Archiepiscopo. (an. 1199.)

I nnotuit a nobis, quod Vigoriensi Ecclesia destituta pastore, Prior, & Conventus ejusdem loci magistrum M. Archidiaconum Eboracen. in Episcopum elegerunt, cuius confirmationem usque ad adventum ipsius (qui absens eligebat, & in scis) distulisti: qui tandem sponte tibi, & secreta confessione monstravit, quod conscientia ejus aliquantis per ex natibus esset læsa: [& infra. 1] Cujus electionem Capitulum petit per sedem Apostolicam confirmari, præsentato nobis electionis decreto, subscriptionibus eligentium roborato. Quidam autem Suffraganeorum tuorum afferuerunt, eum fuisse filium cuiusdam militis, & ab eo ex quadam ingenua, & non conjugata susceptum. Idem quoque magister adjecit, quod nunquam pater ejus habuerat uxorem, sed matris b ejus virgininitatem florem præripuit quasi c furtum. [& inf. 2] Quamvis autem canon d Lateranens. Concilii ab Alexandro prædec. nost. editus, non legitime genitos adeo persequatur, quod electionem talium innuit nullam esse: nobis tamen per eum adempta non fuit dispensandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari post eum (imo eadem) potestate functur, cum non habeat e imperium par in parem: [& inf. 3] Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur: literarum scientia, morum honestas, vita virius, & fama personæ, multipliciter a quibusdam etiam ex fratribus nostris (qui eum in scholis cognoverant) approbatæ: faciebant etiam hæc ad id non modicum, concors Capituli Vigoriensis electio, petitio populi, assensus Principis, votum tuum, Suffraganeorum suffragia, & humilius devotione confitentis, qui sponte ac humiliter suum maluit confiteri reatum, quam læsa conscientia thronum concendere pastorem. Habitò ergo super hoc diligenter tractatu, intelligentes Vigoriensem Capitulum eundem magistrum non humiliiter postulasse, sed improvide potius elegisse (cum ad obtinendum dispensationis beneficium procedendum fuisse, non per electionem inhibitam, sed per postulationem permisam) electionem

[a] Cap. 5. eod. tit. in 3. compil. Vid. VWestmonast. 91. Matth. Paris. 273. 309. 369. b matri. c furtum. d Concil. Lateran. can. 3. e lib. 3. f 4. ff. de arbitris. f al. approbatum. al. approbata.